

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Beatitudo siue beatus d cum uariis

Quando dicis beate uiuere uolo, bonam rem queris sed non hic. Si habuit hic illud Christus, habe et tu in regione mortis tue. Quid ille inuenit? Attende: Veniens de alia regione, quid inuenit nisi quod hic habundauit? Labores, dolores, mortem. Ecce quod hic habes et quod hic habundat. Manducauit tecum quod hic in cella miserie tue habundauit. Acetum hic bibit, fel hic bibit. Ecce quod in cella tua inuenit, et ad magnam mensam te inuitauit, mensam celi, mensam angelorum, ubi ipse panis est.

Augustinus in sermone de Pascha.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

illud] istud P V¹ V² L¹ L²; alia] illa M; quod] inuenit nisi quod *add.* P V¹; habundat. Manducauit tecum quod hic] habundat manducauit tecum. Quod hic P V¹ V² L¹ L²; tecum quod hic] quod hic tecum (*cor. intra*) M; in sermone de Pascha] super Ioannis 13. V² L¹ L²